Cum autem venires ex occasione cuiusdam operis inveni te ex improviso
et conturbavit te. Nunc non facias moram sed veni mecum et vi-
de substantiam patris tui. Respondit autem frater et dixit: non licet hoc reverti
ad seculum. Dixit ei dyabolus: si non venis et deperit substantia tua ex
in racione idit iudicii redditurus es. Ad non est male dico
ut venias et eroges ea pauperibus et orphanis et viduis sicut
bonus dispensator et provideas ut non amittentibus et male viventibus
exterrearis quod pauperibus dimissum est. Aut quod est tibi honerosum ut
venias facies elemosinam et iterum ad cellam tuam revertar-
is. Quid multa? Suadens fratrem deposuit ad seculum et veniens cum
eo usque ad civitatem reliquit eum. Voluit autem frater intrare do-
mum patris sui tamquam iam eo defuncto et ecce ipse pater egredi-
ebatur procedens et videns eum non cognovit et ait ad eum: tu quis es?
Ille vero turbatus nichil potuit respondere et cepit eum pater
iterum interrogare quis esset. Hic confusus dixit: ego sum filius
tuus. Et dixit ei: utquid reversus es? Erubescebat autem dicere
quomodo deceptus est sed dixit: caritas tua fecit me
reverti quod desiderabam te videre et remansit
ibi et post aliquod tempus incurrit persuasione diaboli for-
nicatione et suppliciis multis afflictus a patre suo in-
felix ille non egit penitentiam sed remansit in seculo. Ideo
ergo dico fratres quod monachus numquam debet egredi a cel-
la sua quamvis suasus ab aliquo quod scriptum est: Nemo mit-
tens manum in aratrum et respiciens retro et cetera.

Quod nemo debet iudicare proximum.

Actus est aliquando in Scithi conventus et loquebantur fratres de quodam fratre
culpabili. Abbas autem tacebat. Petrus autem surgens egressus
est et tollens saccum plenum arena portabat in humeris suis
et mittens in sportella modicum de eadem arena portabat
ipsam in anteriori parte. Interrogatus autem a fratribus quid hoc esset

plus non decem ... iudic